 tibus tradidisset. qz nihil in monas-
 terio p̄ter modicum oleū in vase vitreo re-
 seruatisse mandauit ei dicens. **R**e-
 stringite linguam vestram. alioquin ex-
 cōmunicabo vos. **Q**uam excōmunicā-
 tionis sententiam non proferendo intus
 licet sed intendendo. **I**lle autē nihil mu-
 tate. intra paucos dies defuncte sunt. et
 in ecclesia sepulte. **A**bi dū misse celebra-
 rentur. 2 dyaconus et moze diceret. qui
 non cōmunicaretur foras. nurrig carū
 que pro eis semper oblationes offerebat
 eas de sepulchris suis progredi 2 exire ec-
 clesiam videbat. **L**iqz sancto benedi-
 cto nunciatum esset. ille manus sua obla-
 tione dedit dicens. **I**te 2 hanc oblatio-
 nem p̄ eis offerre. 2 vltimus excōmuni-
 catus non erunt. **Q**uod cum factum fuis-
 set. 2 dyaconus et moze clamaret ab ec-
 clesia de cetero exire nō sūt. **A**d o-
 machus quidam cū ad visitandos parē-
 tes exiiss; sine benedictione 2 ea die qua
 ad eos puenit defunctus fuisse. 2 sepul-
 tum semel 2 bis terra eiecisset. parentes
 eius ad eum venerūt. 2 vt ei suam bene-
 dictionem impenderet rogauerūt. **Q**ui
 copius domini accipiens ait. **I**te 2 hoc
 scripta pectus eius ponite. ei qz sic sepul-
 ture tradidit. qd cum factum fuisset. su-
 perni corpus terra retinuit nec ultra ter-
 ram visus fuerat se picat. **Q**ui
 dam monachus in monasterio manere

fecisti. Cui illa. Rogavi te audire nos
 iustitiam rogavi dñi, et exaudivit me. Ado
 do si gredere si potes. Sicq; facti ē vt to
 tam illa nocte perigiles ducerent. atq;
 p̄ sacra eloquia sese vicaria relatione faci
 arat. Tunc ecce post triduum cū ille ad
 monasteriū redisset. elenatis oculis ani
 mas fororis sue in specie colūbe celi sece
 ra penitans aspexit. Quia mox corp⁹ ei⁹
 ad monasteriū iussit deferri. et in monte
 mento quod sibi preparauerat collocari.

Quadā nocte cū per fenestrā conspi
 ceret et dñm exoraret. vidit susam lucem
 desup̄ cūctas nocte tenebras effugasse.
 subito autē totus mund⁹ velut sub vno
 solis radio collectus an̄ oculos ei⁹ addu
 ctus. Libygalam Germani epi captani
 ad celi⁹ deserti videns. manifeste postea
 cōpit. q; eadē hora a corpore migravit.

Eodē anno quo de hac vita erat exi
 turus obiit. sui diem fratribus denunci
 auit. Alii septimū. s; die sui exiit. ap̄iri si
 bi sepulcrū iubeat. qui mor̄ s; tribus cor
 reptus. cū per singulos dies languor in
 grauifceret. septimo die in oratoriū se
 portari fecit. ibiq; etiam suū dñi corp⁹
 ris et sanguinis p̄ceptione munuit. atq;
 iner̄ discipuloꝝ manus imbecillis me
 bra sustentans. erectus in celi⁹ manibus
 stetit. et vitam spiritū int̄ verba oratio
 nis efflauit. Ipsa die duobus fratribus
 vni in cella morant. alteri longo posito
 eadem reuelatio monstrata ē. Ciderūt
 nāq; viā palliis stracam atq; innumeris
 thoubiscis lapidibus. a cella san̄ ei⁹ Be
 nedicti versus orientē vsq; ad celum tē
 dentē. ni venerando habitu vir clarus
 desup̄ assistēs. cui⁹ esset via quā cernerēt
 requisitū. Qui cū se hēcāre dicerent. ait
 Hec est via quez dilect⁹ dñi Benedict⁹
 celi⁹ ascendit. Sepultus vō est in orato
 rio sc̄i Jobi bap̄tiste. qd̄ destruxa a
 apolonia ipse cōstruxit. s; oratoriam
 nū dñi. quā gentes in d̄ decimū octauū.
 tpe Iustini sentiois.

Patricius qui ce

pit circa annū dñi. cclxx. duz scotoꝝ re
 gi de christi passione p̄dicaret. flāante
 eū et appodias se super ferulā quam ma
 nu tenebat. et calu pedis regis supponerat
 cū aculeo pedem p̄forauit. Rex vō cre
 dens sanctū ep̄. ex industria hoc facere
 et scilicet fidem xpi non posse suscipere
 nisi similia pro christo pateret. patienter
 sustinuit. Sanctus hoc eandem intelli
 gens obstupuit et precibus regē sanauit
 ac toti p̄uincie obtinuit. q; nullū vene
 nosum animal ibidez posse viuere. Quod
 non solū obtinuit. imo etiam ligna et co
 ra illius regionis. contraria vt dicitur:
 sunt venenosa. Quidam vir quē con
 uitium sui furas fuerat et comederat. et
 cū vir sanctus sepius hortaret. fatiscere
 re fuit quicūq; ille esset. et nullus cōpa
 reret. dñi totus populus ad ecclesiam cō
 uenisset in virtute iheru christi p̄ceptit
 vt in cuius ventrem omis intrasset corāz
 omnibus balatū daret. Quod et factum
 est. et egit reus penitentia. et alij furis s̄
 bi cauebant. Erat et etiam p̄futuū do
 omnes crucez quas videbat deuote ve
 neratiles ante quādam crucez magnaz
 et pulcrā inuulā p̄terijt. Et suis au
 tem foehsam monitus cur illam nō ve
 derit et inclinatē. Dum precibus a do
 mino requireret. cuius esset audiuit vo
 cem de sub terra. Non vidisti q; ego hic
 sepultus sum paganus. et signo cruci in
 dignus. Unde fecit crucez illam abinde
 tolli. Cum beatus Patricius per hy
 berniam p̄dicaret et fructum ibi p̄ mo
 dicum faceret. rogauit dominum vt ali
 quod signum offenderet per qd̄ vel ter
 rici penitērent. Iussu igitur domini in
 quodam loco circulum magnū cum
 baculo designauit. et ecce terra intra cir
 culum se aperuit. et puteus maximus et
 profundissimus ibidem apparuit. Re
 uelatus est beato Patricio. q; ibi quidā
 purgatorij locus esset: in quez quisquis
 vellet descendere. alia sibi penitentia non
 restaret. nec aliquid pro peccatis purga
 torijū sentiret. Pleriq; autem in qe nō

De sancto

redirent. Et qui redirent eos a mane
 vsq; in sequeis mane ibidē morā facere
 oporteret. Multi igit in grediebantur
 qui de cetero nō reuertebant. Post lon
 gum igit temp⁹ mortuo Patricio vir q;
 dam nobilis. note Hiccolano. q; peccata
 multis cōmiserat. cū eum delictoz suoz
 penitēret et purgatorij sancti Patricij
 sustineret. velle. cū antea quindecim die
 bus vt oēs faciebāt se ieiunij macerā
 set. ap̄erto officio cū claue que in quadaz
 abbatia seruā in prediciū puteum de
 scendit. et quod daz ostium a latere ipsi⁹
 inuenit. In qd̄ ingrediens cū quod daz
 ibi oratorij reperisset. quidā monachi
 albis induti. oratorij intrauerunt et offi
 cium facientes. Hiccolao dixerūt. vt con
 stans esset. q; multa diaboli tēp̄mēta
 eum p̄currere oporteret. Cū ille p̄quire
 ret. quod ad uictorium cōtra hoc habere
 posset. dixerūt. Cū te penis affligi sen
 sis. protin⁹ exdama. et dic. Iheru chris
 te fili dei viui miserere mihi peccatori.
 Recedentibus igit prediciū virtis con
 tinuo assunt demones et vt reuertat et si
 bi obediāt primo sibi blandis p̄missio
 nibus persuadent. asserentes q; cū custo
 dient. et ad p̄tia in columē perducent.
 Sed cū eis ille nullatenus obedire vel
 le p̄torius viue. sarū ferarum affluunt
 voces. pariter et mugitus. a ch̄ oia elenē
 ta concutient. Ad quod cū ille terrore
 horribili palpitarēt. Iheru xpe fili dei vi
 ui miserere mihi peccatori protin⁹ exda
 manie. et statim ois ferarū illarū tumul
 tus terribilis conquiet. Quis est in sa
 de ad aliū locum. et ibidem ad est demo
 nū multitudine dicitū sibi. p̄uras q; ma
 nus nostras euaseris? nequa q; sed nūc
 potius in ap̄ies affligi et torqueri. Et ec
 ce quidam maxim⁹ ignis et terribilis ibi
 dem apparuit. Dixeruntq; ei demones.
 Hic nobis cōsenseris. an illū ignem te
 iactabimus comburendū. Quod cum ille
 rennu eret. ipsam accepertunt et in illum
 ignē terribilem proiecerūt. vbi dum cru

Patricio So. lxiij.

ciaretur protin⁹ exdamauit. Iheru xpe
 fili dei viui miserere mihi peccatori. Ita
 tūq; ignis extincus ē. Ad aliū deniq; lo
 cum datus vidit quōsdā viros in igne
 vitios cremari. et lamini ferreas candē
 tibas a demouibus vsq; ad viscera flā
 gellari. Aliosq; ventres videntes deo
 sum terrā p̄ dolore moidere et clama
 re. p̄ce p̄ce. quos tūc demones sui fla
 gellabāt. Aliosq; vidit quoz mēbra ser
 pentes vorabāt. et buffones ignitis acu
 leisq; viscera extrahabant. Quia cū eis
 assentire noller. in eundē ignē et penas
 p̄iicim. et eisdem laminis et penis fla
 gellat. Sed cū illis exclamasset. Iheru
 xpe fili dei viui miserere mihi peccatori
 a pena predicta p̄tinuo liberatus ē. Be
 inde dicit ad quēsdā locum. vbi hoies
 in faragine frigidant. vbi rota maris
 eras in cinis ferreas ignitis plena. in qui
 bus p̄ diuersa mēbra hoies erant suspen
 si. Quē tūc lociter voluebat q; globos
 ignez emitebant. Post hoc vidit maxi
 mam domū habentem fouas metallis
 bullientibus plena. In quib⁹ alij vni
 pedem. alij duas habebāt. Alij ibi erāt
 vsq; ad genua. alij vsq; ad ventrem. alij
 vsq; ad pedes. alij vsq; ad collum. alij
 vsq; ad oculos. Sed hec oia percurrēs.
 nomen dei inuocabat. Procefferit et
 quēsdā lacrimas puteum inuenit de
 quo fumus horribilis et fetor inuolanda
 lis exibat. in deq; hoies vt ferri candē
 tes in modū fampillarum eribant. sed de
 mones eos reuipingebant. dixeruntq; ei
 demones. locus ille quez cōspici est in
 fernus. in quo dñs nosster belesubm ha
 bitat. In ipsum ignē puteum te iactabi
 mus si nobis euaseris? nequa q; sed nūc
 antequam iactatus fueris. nullū inde re
 medij eadēndi obtinebis. Quos dñs
 ille audire contēneret. ipsum arripientes
 in prediciū puteū iactauerunt: qui tūc
 vebe mentū doloze abforpnis ē. vt vā
 oblitus fuerit nōmē dñi innocere. s; dñi
 ille ad se rediens Iheru xpe fili dei viui

miserere mihi peccatori exclamasset cori
 de. qz voceno poterat. p̄nisi inde ille
 suscepit. ⁊ omnis demoyum multitu
 do tanq̄ victa cuanuit. **B**eneus igitur
 ad locum alium vidit quendam ponte
 super quem cum transire oportebat. **Q**ui
 quidem erat struictissimus. ⁊ instar gla
 ciei politus. ⁊ laticus sub quo fluvius
 in gens sulphureus ⁊ igneus fluebat sus
 per quem transire dum se posse omnino
 desperare tamen recordat⁹ verbi quod
 cum de rot malis eripuit confident a ce
 cassit. ⁊ unum pedem super pontem po
 nens **I**hesu christe fili dei viui miserere
 mihi peccatori. dicere cepit. **G**alid⁹ aus
 tem clamor adeo eum terruit. vt subsiste
 re vit. **V**aleret sed predictum verbum p
 tulit ⁊ securus mansit. **D**einde alium pe
 dem posuit. ⁊ eadem verba iterauit. ad
 quemlibet etiam passum eadem verba
 promittit. sic securus transtulit. **L**um er
 go transisset in quoddam pratum a me
 nissimum deuenit. vbi diuersorum flo
 rum mira suauitas redolebat. **E**t ecce
 duo speciosi iuuenes ei apparuerunt. q̄
 ipsum vsqz ad quandam ciuitatem spe
 ctosissimam. ex auro ⁊ gemmis mirabi
 liter rutilantem perduxerunt. **D**e cuius
 porta odor mirabilis emanabat qui il
 lum adeo recreauit quod nullum dolo
 rem vel fetorem sensisse videbatur. **D**i
 xeruntqz ei. q̄ illa ciuitas paradisius est
In quam cum **N**icolaus intrare vellet
 dixerunt ei predicti iuuenes. q̄ primo ad
 suos rediret. ⁊ per loca que venerat eum
 redire oportebat. **D**emones tamen eum
 non ledere. sed eo viso terram fugerunt.
 ⁊ q̄ post triginta dies in pace quieteret
 ⁊ tunc illam ciuitatem cuius perpetuus
 iheroiter. **T**unc **N**icolaus inde ascen
 dens in loco per quem ascendit se ressi
 tuitum inuenit. ⁊ omnia omnibus que
 sibi contigerat narrans. post. **xix.** dies
Do se fecit iter requirit.

A Annunciatio do

in fine dicit. qz in tali die ab angelo ad
 neuus filij dei in carnem fuit annuncia
 tus. **L**ogrum eni fuit vt incarnatio
 neti filij dei precederet angelica annun
 ciatione triplici ratione. **P**rimo ratio
 ordinis connotandi. vt scz ordo reparas
 tionis responderet ordini p̄uaricati
 nis. **U**nde sic diabol⁹ temptauit mu
 lierem vt eam pertraheret ad dubitatio
 nem. ⁊ per dubitationem ad consensum
 ⁊ per consensum ad lapsum. sic angelus
 nunciante virginij. vt nunciando ercita
 ret ad fidem. ⁊ per fidem ad consensum.
 ⁊ per consensum ad concipiendum dei
 filij. **S**ecundo ratione ministerij an
 gelici. qz enim angelus est dei minister ce
 seruus ⁊ beata virgo electa erat. vt effect
 dei mater. congruum est ministerium in do
 mine famulari. conueniens fuit vt beate
 virginij annunciano per angelum fieret.

Tercio rone lapsus angelici reparas
 di. **Q**uia enim incarnatio non tan facie
 bat ad reparationem humani lapsus. s̄
 etiam ad reparationem rone angelice.
Ideo angelino debuerit excludi. **U**n
 de sicut fecit mulieris non excluditur a
 cognatione misterij incarnationis ⁊ res
 surrectionis. sic etiam nec angelicus nū
 cius. **I**mmo deus vtqz angelo medi
 ante nunciat mulieri. s̄ incarnationem
 virginij marie. ⁊ resurrectionem magda
 lene. **L**u ergo virgo beata a tercio an
 no etatis sue vsqz ad quartumdecim⁹ an
 num in templo cum alijs virginibus ex
 tuallet. ⁊ voti de seruanda castitate emi
 sisset. nisi deus aliter disponeret. eā **J**o
 seph desponsauit. domino reuelante. et
Joseph virga frondente. sicut in diffo
 ria de natiuitate beate virginis plenius
 conuenit. ⁊ in bethlem vnde ortum⁹
 erat necessaria nuptijs promissum inuit.
Ipsa so in nazareth in domus paruit
 redire. **M**azareth interpretatur flos. **U**n
 de dicit **B**ern. q̄ flos nasci voluit de flo
 re in flore. ⁊ flos in tempore. **I**bi igit⁹
 angelus apparuit ⁊ ipsam salutauit.

De annunciatione .b. virginis fo. lxx.

Quia gratia plena dominus tecuz
 benedicta tu in mulieribus ⁊ benedict⁹
Bern. inuitat nos ad **A**daria salutatio
 nem. **S**abnelis exemplū. **J**ohannis tri
 pudium ⁊ resalutationis luctum. **S**ed
 hic primo videndum est. quare domin⁹
 marie iuram voluit desponsari. **S**uper
 hoc assignat **B**ern. tres rationes. videlicet
 necessario desponsata ē **A**daria **J**oseph
 q̄ per hoc misterij. a demonibus ab
 sconditur. ⁊ a p̄sō virginitas compro
 batur. ⁊ virginis tam verecundie q̄ sa
 me prouidetur. **Q**uarta ratio est. vt ab
 omni gradu mulieris obprobrium to le
 deretur. s̄ a coniugatis. virginibus ⁊ vi
 duit. **U**nde ipsa virgo in h⁹ triplici sa
 tu fuit. **Q**uinta ratio vt viri ministerio
 vteretur. **S**exta vt matrimonij bonum
 comprobaret. **S**eptima vt per virtus ge
 nealogie serieo texeretur. **D**istingo an
 gelus. **U**ne gratia plena. **B**ern. **I**n ve
 tre gratia deitatis in corde gratia carna
 tis. in ore gratia affabilitatis. in manib⁹
 gratia misericordie ⁊ largitatis. **I**dem.
Cere plena gratia. qz de plenitudine ei⁹
 capiunt vniuersi. capiunt redemptiones.
 cristes consolationem. peccatores venis
 in ista gratiam. angeli leticiam. deniqz to
 ta trinitas gloriam. filius hominis hu
 mane carnis substantiam.

Dominus tecum. dominus pater tei
 cum qui genuit quem concipis. ⁊ domi
 nus spiritus sanctus de quo p̄cipis. ⁊ do
 minus filius tecum quem carne tua in
 duit. sic dicit **B**ern.

Benedicta tu in mulieribus. i. super
 omnes mulieres. qz s̄. cris mater. virgo
 mater. ⁊ mater dei. **T**riplica maledi
 co mulieres subiecte erant. s̄ maledicto
 obprobrij. maledicto peccati. ⁊ maledi
 co supplicij. **A** maledicto obprobrij q̄
 ad non concipientes. **U**n dixit **R**achel
Abdulit deus obprobrium meuz. **A** maledi
 cto peccati quo ad concipientes. **U**n
Bern. **E**cce in iniquitatibus concepit me. ⁊
 in peccatis concepit me mater mea. **A** d

ledicto supplicij quo ad periticos. **U**n
Bern. in dolore paries ⁊. **S**ola autē vir
 go **A**daria b̄ndicta est inter oēs mulie
 res. cui⁹ virginitate fecunditas additur.
 ⁊ fecunditas in conceptu sanctitatis. et
 sanctitas in p̄u locūditas. **B**icit q̄ gra
 tia plena sicut dicit **B**ern. q̄ per quod
 que fulserūt in eius mēte. q̄ fuerunt coe
 lito humilitat⁹ reuerētia pudor⁹ ma
 gnitudo crudelitas maritibus cordis.

Dicitur dñs tecum. p̄ter alia qua
 tuor que ei fulserūt de celo sicut dicit
 cit. q̄ sunt **A**daria sanctificatio. angelica
 salutatio. sp̄s sancti superatio. filij dei
 incarnatio. **D**icit etiam b̄ndicta tu
 in mulierib⁹. p̄ter alia quatuor. que sic
 cut idem dicit fulserūt in e⁹. carne. qz
 fuit v̄ginitas p̄micitia. sine corruptio
 ne fecunda. sine grauedine grauida. ⁊ si
 ne dolore puerpera. **U**ne cū audisset tur
 bata ē in sermone ei⁹ ⁊ cogitabat q̄tis ef
 feritisa salutatio. **N**unc apparet laus bea
 tissime v̄ginitis in audito. in affectu ⁊ co
 gitatu. **I**n audien laudat modestia. qz
 audit ⁊ tacet. **I**n affectu verecundia. v̄n
 turbata ē. **I**n cogitatu prudentia. **T**ur
 bata est autē de angeli sermone non de
 eius visioe q̄m beata virgo angelos se
 pe viderat. sed nūqz talia loquentes v̄
 nimum turbauit audiens. **B**ern. **Q**z
 turbata est fuit verecundie virginitalis q̄
 non perturbata. foras dicit. qz tacite
 ⁊ cogitatu prudentie discretiois. **E**t
 tunc angelus confortans eam dicit. **M**er
 ito **A**daria inuenisti em gratias apud
 dominum. **B**ern. **Q**uam gratiam v̄ci
 ⁊ hominum pacē. motus destructionis vere
 repationē. **E**cce concipies ⁊ paries fi
 liū ⁊ vocabis nomen ei⁹. **I**dem. i. salutatioe
 qz saluti facit p̄p̄ sūa a peccatoz. **D**ic
 erit magn⁹ ⁊ filius altissimi vocabitur.
Bern. hoc est. **I**lle qui est magnus de⁹
 suoz. et magn⁹. magn⁹ dō magn⁹ do.

ctoꝝ magnus propheta. Dixit autē Ma-
ria ad angelum. Quō fieri istud? quā vi-
rum non cognosco. i. men non ppono co-
gnitum. ita fuit virgo mente. carne.
posito. Sed ecce maria interrogat. ⁊ q̄
interrogat. rōditur. cur ergo sol⁹ zacha-
rias plagā taciturnitatis in currit. Sup
hoc p̄ennis rauenensis assignat quatru
oꝝ rōnes vices. Ille p̄ceptor cognōt. nō
verba sed corda. Puidit. non quid dixe-
rint. s. quid senserint. iudicauit. ⁊ stat
enī interrogatū causā dissilis ⁊ spēs p
uerfa. Nec cōtra naturā credidit ille du-
bitauit p̄ natura. Nec integre ordine
querit ille que deus vult fieri. non posse
p̄feriri. Ille impellentibus repleti non posse
ascendit ad fidē. hoc sine exemplo p̄cur-
rit ad fidē. Nec miratur de partu vir-
ginis. ille de conceptu disputat contingali
Non ḡb̄c dubitat de facto. sed modū
querit ⁊ ordinem. Nā cuz triplex sit mo-
dus cōcipiendi. s. naturalis. spūalis. et
mirabilis. qui istoz cōcipiat iusticiatur
⁊ respōdēs angelus dixit ei. Spirit⁹
sanct⁹ sup̄ueniet in te. qui ip̄sum tuz cō-
ceptum efficiet. Quā ⁊ dicit de spūsan
cōceptus. ⁊ hoc p̄pter quatuor rōnes.
p̄ uno p̄pter ostensionē eximie caritat⁹
vt. s. ostēdat q̄ in effabili dei caritate ver-
bum dei caro factū est. Job. iij. Sic deo
dilexit mundum ⁊. ⁊ hoc rō est magi-
stri sententiā. Secō p̄pter ostensionē
gracie absq̄ meritis. vt per hoc q̄ dicit
conceptus de spūsanctō. ostēdat q̄
sit ei sola gratia. quā nulla hoīuz p̄esse
rū merita. ⁊ hoc rō Aug⁹. Tertio p̄
virtutē operatiōis. q̄. s. operatiōe ⁊ vir-
tute spūsancti cōceptus ē. ⁊ hoc rō
Zimbro. Quarto p̄pter motūz con-
ceptionis. ⁊ hoc est rō Hugo. de sancto
vicoꝝ. Ad otium vt ait ⁊ conceptionē
namur ē amor viri in muliere ⁊ amor
mulieris in viri. Sic in virgine inquit
q̄ in eius corde amor spūsancti singu-
lariter ardebat. ideo in carne eius amor
spūsancti mirabilia faciebat.

Et vir⁹ altissimi obumbratū tibi
hoc s̄m glo. siceponit. vmbra a lamie
⁊ corpore obiecto solet formari. ⁊ virgo
sicut ⁊ purus hō plenitudine diuinitat⁹
capere nequibat. sed vir⁹ altissimi obū-
bratū dū in ea in corpore lux diuinitat⁹
copus suscepit humanitatis. vt sic
posse deum pati. Nā expositiōe vi-
deēt tangere. Bern. qui sicut. Quia de⁹
spūs est. nos do vmbra copus suūtem
perauit se nobis vt p̄ obiectum viuifice-
caris. videam⁹ verbus in carne. solē in
nube. lumen in testa. cereū in laterna. q̄ si
di. Illū modū quo de spūsanctō concē-
pies. dei vir⁹ sp̄s in suo secretissimo cō-
silio obūbrando occultabit. vsibi tācū
nomi habeat ⁊ tibi. ⁊ si dicat quid a
me queris q̄ in te mor experieris? Sci-
es. scies. ⁊ feliciter scies. sed illo doctore
quo auctore. Ego nūc are missus sū vir-
ginalē cōceptū. non creare. Quid obūbra-
bit. a vitorū estū refrigerabit.
Et ecce Elizabeth cognata tua ⁊.
Et ecce dicit vt ostēdat hoc ē magnū. no-
uū ⁊ viciū. Quatuor de causis cō-
ceptus Elizabeth Marię nūciat s̄m
Bern. p̄ una ē cumulat⁹ leticia. Secō p̄
fecio scie. Tertia p̄fectio doctrine. Quar-
ta obsequium misericordie. dicit enī sic
Fō sterilis cognate cōceptus marie nū-
ciat. vt dū miraculum miraculo addidit
gaudio gaudiu cumulet. Quid ideo. q̄
p̄fecto decebat vt verbū mor diuulgā
dū vbiq̄ sciret p̄ virgo p̄ angelum q̄
audiuerat hōie. ne mater dei cōsilijs q̄
lij videret amora. s. eoz que in terris taz
p̄p̄e geruntur. remāsserit ignara. ⁊ q̄
iō ponis vt dū tū saluatoris nūncipis
curis edocetur aduenit rerum rep̄s
⁊ ordine tenens. Ipsa postmodū meli⁹
scriptoibus atq̄ p̄dicatōib⁹ referret vt
ritare. Quid ideo vt audiens venulam et
grauidā cognatuz cogitauerit inuicula et
obsequio. vt sic parulo p̄b̄ de loculis
obsequendi dño. ⁊ mirabilis miraculū
fiat de miraculo. Itēz Bern. Da virgo

De annunciatione

.b. virginis fo. lxxj.

responsum festinant. ⁊ dñā rīde vbi⁹
⁊ suscipe verbū. p̄fer tūz ⁊ suscipe diui-
nū. emite transitōz ⁊ amplectere sem-
piternū. surge. curte. aperi. surge p̄ fidē.
curte p̄ deuotiōe. aperi p̄ p̄fessione.

Tūc Adaria epanis manib⁹ ⁊ oculis
ad cū letia⁹ ait. Ecce ancilla dñi si-
ca meli s̄m verbum tuz. Bern. alij in
ore. alij in aure. alij in manu verbum
dei factū fuisse memorat. Adaria aures
factū ē in aure p̄ angelicā salutationē. in
corde p̄ fidē. in ore p̄ p̄fessione. in manu
p̄ p̄fessione. in ventre per incarnationē. in
gremio p̄ suscepcionē. in brachijs p̄ ob-
lationē. s̄m mibi s̄m vbi tūz. Bern.
Holo vt fiat mibi autē clamatorē p̄ di-
catū. aut figuratē significatū. aut imagi-
natiōe formatū. s̄ silent in spiratū. p̄
sonalitē in carnatū. corporalitē in uisitatū.
Statū filij dei in vtero illi⁹ cōcept⁹
est. p̄fect⁹ deus p̄fectus hō. ⁊ in ipsa pri-
ma die cōceptū is tante sapientie ac p̄-
tē extitit. que i. lxx. anno fuit. Tūc
surges Adaria abijt in mōrana ad Eli-
zabeth. ⁊ tūc ea saluasset. Jobes in eius
vtero exultauit. glo. Quia lingua non
poerataio exultate saluat. ⁊ sue p̄cur-
sionis officiu inchoat. fuit autē in eius
obsequio trib⁹ mentib⁹ donec Jobes na-
sceret. que manib⁹ suis p̄e terra leuauit.
sicq̄ libro iustoz legit. In hac die
vt dicit p̄ multa rep̄oū curricula deus
multa operas ē. Que q̄dā egregijs dñi
bus sic declarauit. Salue festa dies que
nuclnera nra correes. Angel⁹ ē missus ē
p̄llus. ⁊ in cruce xpo. Est Adā fact⁹. et
rodā pelapsus. ⁊ b̄ meritis deime ca-
dit. Abel frat⁹ abesse. ⁊ s̄ter Adē dicit
deus Isaac supponit aris. Est decolla-
tur xpi baptista beatus. Est p̄ter⁹ repretus
Jacob⁹ sub herode pep̄. Corpora san-
coꝝ cū xpo multa refurgūt. Latro dū
cū. p̄ xpm suscipit amē. Miles q̄-
dā viues ac nobilis scēlo abrenūciat. ⁊
ordinē discipien. itrouit. ⁊ q̄ lras nez
sciebat erubescētes monachi tānobile p̄-
sonā unē la ycos deputari. de dē tūc i ma-

gistrū si forte modicū addidit postet. et
sub hac occasiōe inē monachos p̄manēt
Sed cū dū cū n̄q̄io fuisse. ⁊ n̄bil oīno
p̄ter hec uo vocabula. Que maria di-
scē potuisset. becaūaude reannit. vt q̄
ciq̄ deūbularet. q̄dā ageret ea cessantē
ruminare. Tādā mōiue ⁊ in cimiterio
cū alijs fratib⁹ sepelit. ⁊ ecce sup̄ eius
tumulū speciosū excretae liliū. ⁊ q̄libet
foliū ane maria lris aureis dēbat insertū.
p̄tū. Curtes oēs ad cāgrāde spectaculū
terrā de cumulo effoderūt. ⁊ radicē filij
de ore dē iuncti. p̄cedē repererūt. Intel-
lexerūt q̄ cū q̄nta deuotiōe illa duo ver-
ba dixerat. que dñs tāt bono p̄digij
illustrat. Quidā miles q̄dā cōi
uia castri habebat. ⁊ oēs trāfētes sine
miseratione alij solliabaz q̄nta cū ma-
re dēi q̄ndā saluabat. nec p̄ aliquo int
pedimēto emergente ab ipsa saluatione
alij dē cessare volebat. Accidit autem
vt q̄dā vir religiosus ⁊ sanct⁹ inde trās-
itū faceret. ⁊ ipsū p̄dicē miles p̄tinuo
expoliari iubēt. Vir autē sanct⁹ rogauit
p̄ dones vtiq̄ ad dñm suū deducāt. q̄
ad ipsū bylcetra q̄ p̄ferat. Adducit autē
rogantē milite vt oēs de familia sua ca-
stro p̄gregari facēt. vt eis vbi dñi p̄dici
caret. Lū autē p̄gregati fuissent. Ille ait
Nē q̄d hic estis oēs. sed alij q̄s dñus
est. Lū cū oēs se ibidem cēsserēt cre-
bat. Biligentē q̄uiritē ⁊ alique inuenie-
ris abesse. Tūc vnē dēdamans dicit. q̄nta
sol⁹ illuc camerari⁹ nō venisset. Ille autē
dixit. Hec ipse ē q̄ sol⁹ deest. p̄ io eo igitē
cato miratē in mediū deducit. Lū autē
virū oēs vidisset renoluens ex tribulit oca-
lis caput instar infami agitabat. nec p̄p̄
accedē audebat. Vir autē scās dixit ei.
Adiuuro te p̄ nomen dñi n̄si tibi xpi. vt
q̄ sis nobis edisseras ⁊ ob quā cām huc
venert⁹ palā p̄das. Lū ille r̄ndit. Nēq̄
admirat⁹ p̄ dē cogogit inuit⁹. Ego enī nō
sū hō. s̄ demō q̄ formā hoīs accepi. nūij
annis cū d̄ milite sic p̄māsi. Nā n̄ p̄n-
cep̄ me huc misit vt dies in q̄ b̄ fite ma-
rie saluatione nō diceret diligēt obfer

uarē, vt in eis potestate accepta ipsius co-
tino strangularē. 7 sic in malis operib⁹
vita finiens in est. Quia cūq; enī oīe illā
salutationē dicebat in eū potestatem ha-
bere non poterat. *Ecce autē de die in die
diligentius obseruauit. 7 nullū die quin
eā saluauerit permisit. Nec miles au-
diens. vehemēt obfupuit. 7 ad pedes
viri dei se p̄iciens. venias postulat. 7
in melius deinceps vitā mutauit. Cir-
cūcū sanctus dixit demoni. p̄ recipio tibi
demon in noīe dñi n̄i ihesu xpi. verbinc
abscedas. 7 talē hactenus locū posside-
as. vbi nulli gloriofam dei genitricē in-
uocant necere s̄sumas. Hec in sa v̄r
dixit dedit 7 demon abscedens euauit. 7
miles virū sanctum cum reuerentia 7 gra-
uaruactione liberū abire permisit.*

Ome celebratur

natalis sancti Thimothēi qui ab
antiochia romā veniēs sub Adelciade
papa. a Siluestro p̄sbytero q̄ postea epi-
scopus v̄bis effec̄. ē susceptus ē hospiti-
ficio. 7 p̄ facere tūc ep̄s enī ipsi pontifices
formidabat. Siluester v̄o nō solum ho-
spitio eū recepisse gaudebat. sed etia; tū-
mote a biecto tā vitam q̄ doctrinā eius
laudabat. Qui p̄ v̄num annū 7 mensis
tres docens xpi veritatē. cū multa per eū
populū quēri fuissent. dignus martirio
tētus a populo paganorū. 7 tradit⁹ Lar-
quiniū v̄bis p̄sbero. romēns plagarij
7 carceris longa custodia macerā. Cū
sacrificare noluisse ydolis quasi bonus
atletha dei. tertio cesus iter homicidas
decollatus ē. Quē sanctus Siluester no-
cte ad domū suā tulit. ibiq; sc̄m Adel-
ciadem ep̄m venire fecit. Qui eius obitus
p̄sbyteris 7 dyaconibus p̄ rotam noctē
in laudibus permanēs. eius martirium
pedicauit. Quēdā autē christianissima
mulier noīe Theone in orto suo iuxta
sepulcrū Pauli ap̄li. rogauit memoria-
rum papā vt suo sumptu sepulcrū edifi-
cans. sancti Thimothēi corp⁹ exciperet.
Edificauit placuit oībus xpianis. vt dū-

sus noīe martir. i. Thimothēus p̄ paulo
ap̄lo p̄ eo quī discipulum quondā ha-
buit in sepultura adberere.

Assio christi fu

it ex dolore amara. ex illusione
despecta. 7 ex veritate multi-
plici fructuosa. Dolor autē causabatur
ex quinq;

Primo ex eo q̄ ip̄a

passio fuit ignominiosa. 7 hoc p̄t igno-
miniosum locū. q̄ in caluaria vbi male-
factores puniebant. p̄t ignominiosus
supplicij. q̄ morte turpissima condēna-
tus est. *Lxxviii enī supplicij erat latronū
7 lxxviii tunc est multē ignominie nūc
est in fine glorie. Cū Augu. Lxxviii que
erat supplicij latronum. nunc trāsit eadē
fronte imperator. Si tantum honoris
deus cōsulerit supplicio suo quantū p̄fert
seruo suo p̄t ignominiosum confo-
tium. q̄ cum sceleratis deputatus ē. i.
cum latronib⁹ qui p̄mo erant scelerati. i.
sed postea vnus cōuersus est. s. Dismas
qui erat a dextris. sicut dicit in euange-
lio Nicodemi. 7 alius dānat. s. gemas
q̄ erat a sinistris. Cū ergo dedit regnū.
alteri dedit supplicij. Ambro. Autoz
pietatis in cruce pendens in secularibus
negocijs officia diuidebat. p̄secutionem
ap̄li. pacē discipulis. corp⁹ iudeis. patri
sp̄m. virgini parainimphū. latroni para-
ditum. peccatoribus infernū. crucē dñi
stans penitentibus cōmendabat. *Ecce
teccam eū q̄ fecit xps. i. morte pedēs
in cruce. Scōo ex eo q̄ fuit iniuria. q̄
p̄cni nō fecit. 7 nō ē inuēt⁹ dolus iore
ei. 7 iō q̄ venie digne pena volēda ves-
nit. De trib⁹ enī iniuste p̄pue eū accu-
sabant. videlz q̄ tribuit reddi p̄hibe-
bat. q̄ sergē dicebat. 7 q̄ se filij dei di-
cebat. Cōtra has tres accusationes dicit
mus in parascēne. p̄sona saluator⁹ tres
excusationes. pp̄le me⁹. 7 vbi exp̄oibatur
xps tria bñficia eis collata. s. liberationē
ab egypto. regnū ei⁹ in celo. plātionē v̄-**

De passione ihesu christi Fo. lxxvij.

nee loco optio. q. d. xps. Accusas me d
reddiditē tributi. pon⁹ gr̄as agē debēs.
q̄ liberati te a tributo. Accusas me. q̄
me dixi regē. pon⁹ gr̄as agē debēs. q̄ re-
gularit̄ parui te i de teo. Accusas. q̄ me
filij dei dixi. pon⁹ gr̄as agē debueras. q̄ te
in vineā meā elegi 7 in loco optio plā-
tanti. Tertio ex eo q̄ fuit ab amic⁹. to-
terabilior enī est dolor si patret̄ ab his
q̄ aliq̄ de cō debent ee ei⁹ inimici. Vel ab
his q̄ essent alieni vel extranei. Vel ab his
q̄bus aliq̄ in cōmoda inuoluerit. sed tū
pant ab amicis. i. ab his q̄ deberēt ee sui
amici. Itē a primis. i. ab his q̄ quoz fir-
p̄ nat⁹ ē. De his duobus dī in ps. amici
mei 7 proximi mei. 7c. Job. xxx. non mei
q̄st alieni recesserūt a me. Itē ab his q̄
bns in k̄ta bōa p̄ulerat. Job. viij. Abul-
ta bona opat⁹ sū vobis. Berni. D bone
ibn q̄ dicit cū hoib⁹ quertis. es. q̄ ma-
gna 7 abū dānissima largit⁹ eis. q̄ du-
ra talpa p̄ eis passus es. dura verba. du-
ra nota v̄bra. durissima crucis tormentata
Quarto ex rōne tenentis corpus.
Cū in figura xpi de dāuid dī. ij. Reg.
penul. ipse ē q̄st tenentim ligni v̄micul⁹.
Berni. D iudei lapides effus. sed lapidē
p̄ctitūs molliorē. de quo resonat timor⁹
pietatis 7 ebullit oleū caritatis. Itē Die-
ro. Tradit⁹ ibi a multib⁹ verberand⁹. 7
illud sc̄tissimū corp⁹ peccat⁹ dei capax
flagella securit̄. Quinto ex eo q̄ fuit
v̄bis. q̄ p̄ oēs p̄tes 7 oēs sensus. p̄mo
enī fuit h̄ dolor in oculis. q̄ la crima⁹ ē
sicut dī ad Heb. v. Berni. Accēdit in al-
tū vt long⁹ audiret sonit⁹ clamabat vt
null⁹ excusaret̄ clamor lacrimas addidit
vt hō cōpateret. Itē enī his lacrimas fu-
dit. s. in refuscitātōe Lazari 7 sup̄ iherlm
Itē p̄ me lacrima fuerit amotis. v̄n 7
illū cū vidissent eū lacrimantē dixerūt.
ecce quō amabat eū. Scōo fuerit cōpas-
sio. s. h̄ ēctē fuerūt doloz. Scōo
fuit audiū cū ei. obprobria 7 blasphe-
mias interrogate sunt. Xps enī sp̄aliē q̄mor
habuit in quib⁹ obprobria 7 blasphemias
audiuir. Habuit enī excellētissimam

nobilitatē q̄ q̄tum ad diuinā nām fuit
eterni reg⁹ fili⁹. 7 q̄m ad humanā de res-
gia stirpe genit⁹. ita enī in q̄m bō fuit
reg⁹ regū. 7 dñs dñanū. Habuit enī salu-
libilē veritatē. q̄ ipse est via veritas 7 vi-
ta. v̄n de se ipse dicit. sermo v̄r veritas ē
7 fili⁹ enī ē sermo sine v̄bū p̄tis. Habuit
in sup̄abilē p̄tē. q̄ oīa p̄ ip̄s facta sūt
7 sine ip̄o factum est nihil. Habuit in-
sup̄ singulārē bonitatē. q̄ nemo hom̄ n̄i
si sol⁹ de⁹. In his xps audiuit obpro-
bria 7 blasphemias. p̄mo q̄dē ad no-
bilitatē. Ad th. xij. Non ē ē filius sta-
bui nōne m̄r eius dī maria 7c. Scōo
q̄uo ad p̄tē. Ad th. xij. h̄ non eijat de-
nōia nisi in p̄ncipe demonū. Itē Ad th.
xviij. Alios saluos fecit lapsus nō
p̄t fā luū facē. *Ecce dicit ip̄m ip̄tē.
cū tū adeo potēs extiterit. q̄ p̄cutores
suos sola voce p̄stravit. Itā cum inter-
rogasset quem quertis. 7 illi respōdit
sent ihesum nazarenum. vt ergo ipse dī-
citur ego sum. abiernit retrorsum 7 cōti-
nūo ceciderunt in terram. Aug⁹. Cū
vox turbam odij ferro em armis terribi-
lem. sine v̄lo relo percussit. repulit. strā-
nit virtute latentis diuinitatis. quid in-
dicaturus faciet qui iudicandus h̄o-
sacer. quid regnaturus poterit. qui mor-
tuus hoc portat. Tertio quo ad veri-
tatem. Job. viij. Tu de capto testimo-
nium perhibes. testimonium tuum nō
est verum. *Ecce q̄ dicit eum mendā-
cem. cum tamen ipse sic via veritas 7 vi-
ta. Itā enī veritatem pilatus scire vel au-
dire non meruit. quī ipsū fm̄ veritatē
non iudicauit. Inchoauit quippe in-
dicari a veritate sed non in veritate per-
mālit. 7 iō de vitate q̄dē meruit sc̄o-
re. s. nō meruit fondare andree. Itō aliz
ē fm̄ Aug. q̄re solone nō audiuit. q̄ cū
illā q̄nē fecisset. subito venit illi in men-
tem cōsuetudo iudeoz qua solebat vn⁹
dimiti in pascha. 7 ideo statim eijat 7 so-
lutionem non expectauit. Tertia ratio
est fm̄ Crisost. quia sciebat q̄ questio-
nam dicitur in q̄ dicitur multo tempore**

7 multa diuisione. et ipse ad liberationem
propter perarab. et non statim emittit. Et quod in
in euangelio. Nunc demum qui cum pilate librum
interrogasset quod esset veritas. Iesus ait. Nihil
veritas de celo est. Et pilatus. In terris non
est veritas. Sicut et Iesus. Quod potest veritas
esse in terris quod indicat ab his quod potest habere in
terris. Quarto quo ad bonitatem dicebat
enim ipsum esse peccatorem in corde. Job. ij. Pro
solum quod non peccator est. sed dicitur esse in ser
mone. Job. xxij. commouit populum docens
pauca in iudea. in principio a galilea usque
huc. legis preuaricator in opere. Job. ix.
non est hic deus a deo quod sabbatum non custodit

Quarto fuit in adoratum. quod magnus fe
torum sentire potuit in loco caluarie. ubi
erat corpora fetida mortuorum. Quod in
scholastica historia. quod caluarie prope est
vobis capite humani nudum. vbi et quod ibi de
collabantur et multa ossa capiti ibi aspi
sa erant. dicebat caluarie locum vel caluarie
rum. Quarto fuit in gustum. vbi cum clama
ret. sicut. dederunt ei acetum cum mirra et sel
le mixtum. ut ex acetum citius moreretur. et ipse
custodias a custodia citius liberaret. De
enim crucifixos citius mori si acetum bibat
et ex mirra pateret olfactus. et ex felle gustus.
Aug. p. mero replet sinceritas acetum.
inebriat felle dulcedo. adducit in nocentia
p. reo mouit vitam p. mortuo. Quod
fuit in tactum. quod in omnibus partibus corpo
ris a platis pedibus usque ad verum non fuit
reos sanitas. De hoc autem quod in omnibus sensu
bus doloris habuit. dicit Bernardus. Caput
angelice tremebundum spiritibus. Delicate
spinarum prope gestas. facies pulcra pro filijs ho
minum. spiritus in deorum decursum. oculi lu
cidiores sole. caligant in morte. aures que
audierunt angelicos carnis audierunt peccatum
in suum. os quod docet angelos. felle et acetum
potat. pedes quorum scabellum adnotat
quod semel est. cruci clauo affigunt. man
us sancti in celo sunt in cruce extense et
clauis affixae. corpus sberat. lacus lacca p
fuit. Et quod plura in non remanent in eo nisi
si lingua ut peccatorum exoraret. et matrem
discipulo commendaret.

Secundo eius passio

fuit et illius de spectata. Quatuor enim vi
cibus fuit sibi illud. Primo in domo An
ne ubi recepit spina. a lapas. velationem
oculo. Bernardus. Ulteri tui bode Ihu de
siderabile. in que desiderat angelus. propter
cere. spiritus in quatuor manibus. perferunt
velo. p. delusio operuerunt. nec amariss
vulneribus pepererunt. Secundo in domo he
rodias quod est factum et non sane mentis exstir
mas. et eo quod nullum ab eo nullum hie pos
terat. p. derisio eum veste alba induit.
Bernardus. Tu hodie es heres serui de floribus.
et ego deus hodie corona de spinis. tu hodie
crotobecus in manibus et ego hodie claus
dehixus. tu in albis vestibus tripudias. et
ego p. te derisus sui ab herode in veste
alba. tu tripudias cum pedibus. et ego labo
raui cum meis pedibus. tu in chorois bira
chia extedis in modum crucis in gaudium
et ego mea in cruce exteila habui obpro
bium. Ego in cruce dolui. et tu in cruce ex
ultas. tu hodie aperit et peccator in signum
vane glorie et ego laqueus effossus habui p. te
in reuertere ad me et ego suscipia te. Sed
quod dicitur tunc tunc passiois coram herode pi
lato et iudeis sic tacebat. huius triplex est
ratio. prima ratio est quod non erat dignum audire
sua responsione. Secunda quod sua peccata
rat p. loquacitate. et non ipse voluit satisfactio
p. a turmitate. Tercia. quod quod respon
debat totum calumniabant et dephabant.

Tercio in domo pilati ubi milites cla
mide cocineas circumdederunt ei. arum digne
in manu dederunt. et corona spinas sup
caput eius posuerunt. et genu flexo dice
bant. aue rex iudeorum. Illa autem spina co
rona vis fuisse de iuncis marinis. quod vis
acies non minus spina dura est et penetrat
vnde et sanguine de capite credit illa cor
ona spina extraxisse. Quod Bernardus. caput il
lud diuinitus multiplici spinarum delicate
usque ad cerebri osium est. De ea sunt tres
opinionum. vbi. scilicet. aia principalem habet
sed. scilicet. vel in corde propter illud. de corde
erunt cogitationes male. Et vel in sangui

De passione ihesu christi So. lxxviii

ne propter illud. Venit. aia omnis carnis in san
guine. et vel in capite propter illud. Incli
nato capite tradidit spiritum. Hic triplici
ter opinione iudei salte ipso facto viden
tur iussisse. Nam vultus aiam a corpore
auelleret. quod fieret ipsam in capite cum spi
nibus usque ad cerebri infixerat. quod fierunt
in sanguine. cum eius venas in manibus et pe
dibus aperuerunt. quod fieret in corde cum pe
latus perforauerit. Contra has tres illuso
nes in parascene promittuntur a revelatione
ne crucis tres adnotiones. et. et. et. quod
ter bono ianees. ter illusum propter nos.
Quarto in cruce. Ad arb. xxvij. in principis
sacerdotum illud dicitur cum senioribus et scri
bis dicebat. si rex israel est deus dicitur nunc
de cruce et credamus ei. Bernardus. sup hunc
locum. inerat patientia magis exhibet. cari
tate gstat. In his nepe vultus gemis quod
tuor quibus cornua omanet et supeminen
tior caritas. a dextera obedientia. a sinistra
patientia. radij oium vultus humilitas i
psumdo. Hec oia que ipse passus est. Bernardus.
breuiter colligit di. Admoer ero quod diu vi
xero. laboer quos prulie in predicando. fati
gationis in discursu. vigilanti in oratione
do. ceptationis in ieiunando. lacrimarum
in patiendo. infiditanti in colloquendo. po
stremo diuicio. spiritus. colaphoer sube
fannationum. clauoer reprobatonum.

Tercio. passio fuit

valitate multiplica fructuosa. Cuius val
tatis potest et triplex. scilicet. peccatorum remissio. gre
collatio. et glorie exhibitio. Et hec tria
notant in titulo crucis. quod ibi quo ad p
mum. nazarenus quo ad secundum. rex iudeorum
quo ad tertium. quod ibi erimus oes reges
De eius valitate dicit Aug. Culpam de
letum ipse pertulit et futuram. propter terri
tas peccati tunc ea remittendo presentia hoies
ab eis retrahendo. futura gram que vitare
perferendo. De eius etiam valitate dicit Au
gustinus. Admiremur. gratelemur. amemus
collaudemus. a dotemus. et in propter redemptio
nis nostri morte de tenebris ad lucem. de morte

te ad vitam. de corruptioe ad incorruptio
nem. de exilio ad patriam. de luctu ad gau
dium vocati sumus. Quasi sit autem
modus redemptionis nostre fuerit. patet ex
quatuor rationibus. videlicet quod fuit accepta
sumus ad placandum deum. quod inestimabilis
ad curandum morbum. efficacissimus ad
trahendum genus humanum. quod castis
simus ad expugnandum humani generis ini
micitiam. Primo quod fuit acceptissimus ad
placandum et reconciliandum deum. quod sicut
dicit Augustinus. in libro de cura deus hodie. Habi
lisperius et difficilior potest hodie pati ad ho
noris dei spem et non ex debito. quod mortem
et nequaquam magis hodie potest dare deo. quod
cum se morti tradit ad honorem ipsius. Et
hodie est quod dicit Epiphanius. v. Tradidit semet
ipsum oblatione et hostia deum in odore
suauitatis. Quasi autem fuit sacrificium.
nos deo placare et reconcilians. dicit Aug.
in libro de trinitate. Quid tam grate suscipi
posset quam caro sacrificij nostri corpus effectum
sacerdotis nostri. vultus quomodo considerant
et ob sacrificium. si cui offerat. quod offerat. quod
quibus offerat. et quod offerat. id est ipse vnus
vultusque mediator. pro sacrificium pacis re
concilians nos deo. vultus cum ipso mane
ret cui offerat. vnus in se faceret. pro qui
bus offerat. vnus ipse et quod offerat. pro qui
bus offerat. Et hoc autem etiam quod offerat
ipsum sumus reconcilians. dicit idem Aug.
quod ipse est sacerdos et sacrificium. deus et re
plum. sacerdos pro quem sumus reconcilians.
sacrificium quo sumus reconcilians. deus
cui sumus reconcilians. templum in quo su
mus reconcilians. Quod quibusdam hanc reco
nciliationem suspenderent. Aug. in primo
in ipse reprobat. dicit. Quod res timica
pau meo reconcilians et p. me. cui effusio de
ego veni vult redimere te. cui in me motes et
silus errares. Quod sit te. inter lapides et li
gna inueni te. et ne lupus ferarum rapi
do ore lanieris collegi te. diuersis meis
portari te. pro meo reddidi te. laboraui
sudaui. caput meum spiritus opposui. mas
nus meas clauis obiecti. lacca lacca apui.
cor non dicit iniurijs. si a quibusdam lamia

nam sanguine meum sudi. anima meq
 postui. ut coniungere te mihi. 2. cu diu
 deris a me. Seco fuit congruentissi
 mus ad curandum morbum. 2. gruitas
 autem atredidi ex parte temporis. ex par
 te loci. ex parte modi. Primo ex parte te
 poris. q. ad q. factus fuit. peccauit in
 mente marco. 2. feria sexta 2. hora sexta.
 2. ideo christus pati voluit in marco. q. 2.
 in die qua fuit annunciatus fuit 2. passus
 3. feria sexta 2. hora sexta. Seco ex p
 te loci. qm locus sue passiois tripliter
 consideratur. s. aut comunitas. aut specia
 lis. aut singularis. Locus comunitas fuit
 terra promissionis. specialis caluarie
 locus. singularis crux. In loco autē cō
 munitatis homo fuit formatus. q. in
 paribus illis in terra damasci in agro da
 mafeno dicit fuisse formatus. In loco
 speciali fuit sepultus. q. ibidē vbi chris
 tus passus est. Adā dicit fuisse sepul
 t. 2. autē tū nō sit. q. 3. m. d. iero. Adā
 in ebron monte sepultus fuit. sicut etiā
 3. o. sic. xij. expresse habet. In loco sin
 gulari fuit deceptus. nō q. in illo ligno
 in quo christus passus ē. Adā fuit de
 ceptus. sed pro tanto dicit. q. sicut Adā
 deceptus fuit i ligno. ita xps passus fuit
 in ligno. In quadā tñ historia grecorū
 dicit q. in eodē. Tertio ex pte modi cō
 traria. qui quides modus fuit per similia
 2. contraria. Per similia. qm sicut dicit
 Aug. in li. de doctrina christiana. p
 feminam deceptus. per feminā natus. ho
 mo hominem. mortalis mortales. mor
 te mortuos liberauit. Ambro. Et ter
 ra virgine Adā. xps ex virgine. Ille
 ad imaginē dei. hic imago dei. p mulie
 rem fulcra. per mulierē sapientia. Ma
 rius Adā. nudus xps. mors p arborem.
 vita per crucē. in deserto Adā. in deser
 to xps. per contraria. qm pumus hō sū
 m. peccauerat p superbiā. inobedi
 entiam 2. qulz. voluit enī assilari deo p
 scientie sublimitatem. transgredi pecea
 pi dei sublimitatē 2. gustare pomi suā
 nitatem 2. qm curatio habet fieri per cō

trarium. ideo iste modus satisfaciēdi cō
 gruentissimus fuit. q. fuit per humiliat
 tionem. diuine voluntatis implecionē
 2. afflictionem. De his tribus ad p. d. lē.
 ij. humilitatem semetipsum quo ad p. m.
 factus obediens q. ad scōm. vsq. ad mor
 tē. quo ad crucem. Tertio fuit effica
 cissimus ad erabendus genus humanū
 In unq. enī saluo libertatis arbitrio. ma
 gis ad amorem suum 2. fiduciam genus
 humanū atrahere potuit. Qualiter au
 tem per hoc ad amorem nos atrahit.
 dicit Berr. Sup omnia reddi te mihi
 amabilem bone 3. hesu calix quem bibe
 sti. opus redemptionis nostre. Hic om
 nino amorem nostrum facile vendicat
 totum tibi. hic est qd nostram deuotio
 nem 2. blandius allicit. 2. iustius erigit. 2.
 forius stringit. 2. vehementius afficit.
 Ecce enim vbi te crucianisti. vbi te natura
 libus radijs exquisi. ibi pietas magis em
 cuit. ibi caritas plus effulsit. ibi gra
 plius radianit. Qualiter autem ad fidu
 ciam dicitur 1. Ro. viij. qui etiam ppri
 bus tradidit illum. quomodo non etiā
 omnia cum illo nobis donauit. De hoc
 etiam Berr. Quis non rapiatur ad spē
 impetrandi fiduciam. qui eius attendit
 corporis dispositionem. videt caput in
 clinatum ad osculū. brachia extensa ad
 amplexandus. manus perforatas ad lar
 gendum. latus apertum ad diligendū
 pedum affixionem ad nobiscum cōma
 nendum. 2. corporis extensionē. ad fe
 to tum nobis impendendum. Quarto
 fuit pudentissimus ad expugnādū hu
 mani generis inimicum. 3. ob. xviij. p
 dentia eius percussit superbum. s. et. vii.
 In unquid poteris capere leniā hān ha
 mo. 2. hūstus enim hānam. iue deita
 tes absconderat sub esca humanitate. 2.
 diabolus capere volēs escā carnis. ca
 ptus est ab hāno deitatis. De hac p
 dentia capiti de dicit Augustinus. Genit
 redemptor 2. victus est deceptor. 2. qui
 fecit redemptor. captiuatorū nostrorū

die muscipulam. s. crucem suā. 2. posuit
 in eam escam carnis suam. ipse autē
 noluit fundere sanguinem non ve
 bitoris propter quod recessit a debitoris
 bus. In unquid autem debitum apo
 stolis vocat circographū quod quides
 christus tunc 2. cruci affixit. De quo ci
 rographo dicit Augustinus. Eius pec
 catum a diabolo mutauit. circographū
 scripsit. fidei sotes dedit. 2. vltima posse
 ritati creuit. Tunc enim a diabolo pec
 catum mutauit. quando contra pece
 rum dei sue patri iussū vel suggestio
 ni consentit. circographum scripsit. quā
 de manum ad pomū ventum potērit.
 fidei assionem dedit. quando Adā pe
 cato 2. sequi fecit. 2. sic vsura peccati po
 tēritati creuit. Contra igitē contemnen
 tes hanc redemptionem qua nos de in
 mici potestate rediit. Berr. expob
 dicit in persona christi. p. opule me
 ait o inuis. qd tibi facere potui 2. non
 feci. q. quid cause est q. inimico. meo
 magis liber seruire q. mihi. nec ille creauit
 vos sed nec parit. si parua hoc videtur
 ingrati. nō ille hec ego redemi vos quo
 precio. non vtis. auro. corripibili vel
 argento. non sole aut luna nō salte ange
 loz. a liquo. sed proprio vos crucis re
 demti. Ceterum si neq. tā multiplici inre
 debimz a vobis est elicere famularum
 omnis omnibus meam salte ex dena
 rio vituro conuenit. Et q. in morte
 christum tradiderunt. iudas per auari
 ciam. iudei per inuidiam. pilatus per ti
 morem. ideo videndum esset de pena a
 deo his inflata merito huius peccati. s.
 de pena 2. origine iude inuenies in legen
 da sancti Athie. de pena 2. exedicio in
 deorum in legēda sancti Jacobi mmo
 ris. De pena autē 2. origine pilati in qua
 dam historia h. apocēta sic legitur. fuit
 quidam rex nomine Tyrus qui quadā
 puellam nomine pilam filiam cuiusda
 molendinarij nomine istus carnaliter
 cognouit. 2. de ea filius generauit. pila
 autē ex nomine suo 2. homine patris sui

qui dicebatur istus vnū nomen cōpo
 posuit. 2. nato puero inposuit ei nomen
 pilatus. Lunz autem pilatus tres an
 nos habere. ipsum pila ad regem tras
 misit. 2. Ababat autem rex filium de re
 gina coniuge sua. qui vere pilato coe
 reus uidebatur. isti dum annos disce
 rionis attraxerunt. sepius in carmine. pu
 gne 2. fundz admittē colludebant. 3.
 regis legitimus filius vt genere erat nō
 bilior. sic in omni loco pilato inuenie
 batur strētor. 2. in omni genere certami
 nis aptior. ob hoc pilatus inuidie latus
 de cōmētus. 2. felleo dolore stimulatus.
 fratrem suum latē dicit. Quod rex
 audiens vehementer doluit. 2. conione
 cōducata quod de scelerato et homicida
 faciendo sic filio requissit. Qui omnes
 reum mortuo esse quassimiter exclama
 runt. 2. kex autem ad se reuertens. iniqui
 tatem iniquitate noluit duplicare. sed
 ipsum pro tributo quod annuatum de
 bebatur romanis in obsequio misit. tū
 volens innoxius esse ab occasione filij. cum
 a tributo romanoz cupiens liberari.
 Tunc enī rēposus erat rome filius regis
 francie. quē similitur rex miserat romā
 pro tributo. 2. iudic. pilatus associatus
 est. cum se ab eo moribus 2. industria p
 celli videt. cū inuide stimulis agitē o
 cidit. 3. q. romani qd de eo factū ē
 in q. rē. dicitur. Hic si supuerit q. frē
 necauit. obfidē ingulauit. et pūctis plu
 rimū. vbi dicit. 2. colla ferocū hostiū fe
 rox ipse domabat. Dixitū ē cū rē. mor
 tus habeat. i. pōthos in sila q. nō. illa q.
 nullū paritē iudicē. iudex p. nō. si for
 te ei. nēq. impoz. 2. iudicia. edome. si
 nō qd meruit patiā. Ad istū igit pilat
 ad q. rē. ferocē. 2. suoz iudici pēp. nē. n.
 in sila. ad quos missus sit 2. p. pedula. vta
 sue sita tacite rē considerās. vta. firmare
 voluit. 2. gēne. nē. ipse minis. 2. missis
 supplicio 2. p. pio. penitus s. iudic. 2. q.
 igit. cū dicit. gēnis victor. exiit. a. pōthos
 in sila. p. nō. pilatus nōmē accepit. De
 rode. 2. gē. dicit. illi. i. dicit. v. t. audis

Veritas eius... ad se numeribus... tunc illi... dicitur...

mis in illi... pingi imagine... tunc illi... dicitur...

Admirantur omnes... sic contra pylatum... tunc illi... dicitur...

ria scolastica legitur... accuatus est... tunc illi... dicitur...

Acto de festiuitate

tanbus que occurrit infra... ab Adā durauit vsq; ad...

Resurrectio christi

fit tertia die a passione ipsius... facta est. Circa ipsam resurrectione...

Handwritten marginal note: B. D. L. O. L. D. Z.

Septimo qualiter sanctos pres qd erant in limbo inde eduxit. 7 quid ibi egit.

Circa primū notandū

dū qd p̄s tribus diebus 7 tribus noctibus in sepulcro fuisse dicitur s̄m Aug^m. p̄ symo- dochē. vt p̄ma dies acapit s̄m patrem sui extremā. scōa dies s̄m se totū 7 parē sui in egrā. terna s̄m parē sui primū. 7 sic erit tres dies. 7 quilibet horū dierum suū noctem habuit p̄cedentē tūc enī s̄m Bedā mutat est hic ordo 7 curus diez a noctis. Antea enī dies p̄cedebat et noctes sequebant. Post passionē autem hic ordo mutat est. ita qd noctes p̄cedūt 7 dies sequunt. Et hoc misterio 7 gūit qm̄ hō p̄mo de die gratie cecidit in noctem culpe. per xpi autē passionē 7 resurrectionē de nocte culpe rediit ad diē gratie.

Circa secundum sciendū

est qd cōueniens fuit vt nō statim quū mortuū fuit xps resurgeret. sed vsq; in diē tertiu expectaret. p̄ter quinq; rōnes. p̄mo p̄ter significationē. vt. s̄. qd hoc significaret. qd lux sue mortis curauit nostrā duplici morte. 7 ideo vna die in egrā 7 duabus noctibus iacuit in sepulcro. vt p̄ diem intelligat lux sue mortis. p̄ duas noctes nra duplex mors. Et hanc rationē assignat glo. sup illud Lu. xxiij. oportuit s̄m pati 7c. Scōo p̄ter pbationem. qz sicut in ore duorum vel trium testium stat or verbum. sic in tribus diebus experit quis or factus. 7 ideo vt morte bene p̄baret. 7 se probasse ostenderet. tribus diebus iacere voluit in sepulcro. Tertio p̄ter sue potestatis ostensionē. qz si stat resurrexisset non videret potestare bte ponendi aiām suā sic resurgēdi. Et hec rō videt tangi. i. Cor. xv. sup illo qm̄ xps mortuū ē p̄o p̄cis nris s̄m scripturas. 7 qz sepultus ē 7 qz resurrexit tertia die s̄m scripturas. Ideo in qd de morte p̄mittit vt fiat vera mors ostendit. ita vera resurrectio ostendatur.

Quarto p̄ter restaurandū p̄surrectionē hāc rōne assignat p̄ter auctōritatē. Tres dies esse voluit sue sepulture. qz in celo sunt restauraturū. qz in terra respaturus. 7 qz apud infros redempturū.

